Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Tractatus de s. Eucharistae sacramento - Cod. Ettenheim-Münster 234

[S.l.], 1721

L. 4

urn:nbn:de:bsz:31-127314

Visual Library

174 Q. 2. utrum in articulo mortis possit viaticum dari sub specie vini si aeger non possit illud sumere sub specie panis? R. niata coram D.D. negative, nec alia hujus rei ratio est, quam contraria praxis Ecclesiae.

Q. 4.

Quinam sint Effectus Eucharistiae?

Proprius, primarius ac principalis effectus Eucharistiae in rite dispositis est gratiae sanctificantis augmentum consistens in nutritione et confortatione animae, ac augmentatione in vita spirituali. 1a pars est de fide. Estque expressa in Trid. Sess. 7. ubi dicitur, quod omnis vera justitia per sacramenta vel incipiat, vel coepta augeatur, vel amissa reparetur: quod cum saltem per hoc sacramentum Eucharistiae primam gratiam non conferat, sed eam praesupponat, saltem gratiam jam coeptam augebit.

Dico 2do gratiae augmentum longe uberius et plenius in isto sacramento quam in aliis percipitur: cum in eo fons ipse gratiarum

& omnium charismatum ac donorum coelestium 175.
contineat; ut dicit catech. Rom.
ideoque praecipua et & maxima in susci-
piente requiritur devotio.

2da pars probatur ex florente dicente, hoc
sacramentum eundem effectum habere respectu animae
quem cibus habet respectu corporis. & ex Trid. sess.
13. cap. 2. his verbis: sumi autem voluit,
scilicet Christus, sacramentum hoc tamquam spiritualem
animarum cibum, quo alantur & confortentur
~~vivere~~ viventes vita illius, qui dixit, qui manducat
me & ipse vivet propter me.

Praeter hunc effectum principalem dantur
adhuc alii huius sacramenti effectus 2darii
& minus principales, quos recenset Trid. sess. 13 cap. 2do.
scilicet remissio venialium. praeservatio a mor-
talibus, dicit enim Trid. loc. cit. hoc sacra-
mentum esse antidotum, quo liberamur a
culpis quotidianis & a mortalibus praeservamur.
Remissio poenae aeternae, dum per accidens
solum interdum confert 1am gratiam, ad quam
sequitur ergo remissio poenae aeternae

ate remissio poenae temporalis, quatenus excitat actus charitatis virtute quorum illa remittitur. Unio fidelium cum Xpo capite sunt enim cibus corporalis transmuttatur in substantiam aliti, ita cibus iste coelestis sumentis affectum transformat in ipsum Xpum, quod pulchre declarans D. Bonavent. ait: hoc est differentia inter comestionem corporalem et spiritualem, quia ibi cibus comestus transit in substantiam et nutrimentum comedentis, hic vero comedens incorporatur Xpo et transit in amorem et unitatem spiritus Xpi.

Q. 5ta.

An plus gratiae conferat Eucharistia sumpta sub utraque specie quam sub unica?

R. caeteris paribus quod non, ita communis.

Probatur 1o ex Trid. sess. 21. cap. 3. ubi sic habet: Fatendum esse etiam, sub altera tantum specie totum atque integrum Xpum verumque sacramentum sumi, ac propterea quod ad fructum attinet nulla gratia necessaria ad salutem eos defraudari